Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Daz Narlß in der Stat,
Pittet, daz jn Gotß genat.
Hiemit ein Ende hat
Chunig Chunrats leben,
Got gemech ym geben
Genad an der Sel,
Daz Jesu Sand Michel
Anz allen Heiligen weis
In daz freue Paradeis.

27) Vide Supra Add. 25.

28) Raynaldus Annal. eul. ad an. 1268 §34: Reperitque ibi ea severitate Carolus non modo illius ætatis hominum, sed etiam futurorum sæculorum invidiam, et odia collegit; gravissimeque, ut asserunt Ricordanus (Hist. Flor. c. 122) et Joannes Villanus (l. 7, c. 28) a Pontifice increpitus est: tantum abest, quod aliqui commenti sunt, qui tanto Pontifici, acre ipsa clementissimo crudelitatis maculam aspergere voluerunt; atque illi hoc famosum dictum impegere: „Vita Conradini mors Caroli: mors Conradini vita Caroli.„ Bzovius Annal. eul. ad an. 1268: non ex nihilo Petrus Aragonum Rex, illi (Carolo) aliquando exprobravit: „Tu Nerone nequior, et Saracenis crudelior.„ - - - Ferunt Friderici caput recisum, dum extremum calorem expiraret, nomen Beatissimæ Virginis Mariæ semel et secundo diserte pronunciasse. Istud quoque in manifestis produnt, in loco cadis, circulum impressum, quasi artificei manu circumductus esset; divinitus et miraculose extare, totumque sphæricum etiam ardentissima æstate madere; ex angulis vero quadraturæ ambientis perpetuas guttas sudare. Dese-

29) Summontius in Carolo, apud Bzovium Annal. eul. ad an. 1269: Per hæc tempora venit Neapolim Margarita (lege Elisabetha) mater Conradini, multo auro onusta; si forte posset redimere filium, quem adhuc vivere existimaverat. Reperit tamen casum, et cum aliud in defunctum, maternæ pietatis officium præstare, neque in loco cadis, negante id Carolo, tumulum erigere potuisset, istud unicum impetravit, vt in alium locum cadaver ocasi transferret, indideque Oratorium ædificaret, ac reditibus ditaret: quod paulo post amplificatum est, tit. S. Elegii, et Martini, nona ecclesia extructa, et magnis opibus dotata; vel propter imaginis cujusdam miraculum, dignissimum, quod in memoriam revocetur. Prostat in ea ecclesia imago in pariete depicta, antiquitate juxta ac gravitate et modestia insignis, Deiparentis Mariæ speciem præ se ferens. S. Mariam a misericordia; vulgus eam iconam appellat. Hac unico deformata est pictura, quod vulnus sanguineum